

1493-24 Febr.

Ex Originali Arch. Regni

223.

Littere super Piscina, qua<sup>e</sup> Joannes Albertus Rex Poloniae Petro de Curozwanski in hereditate villa sue nomine Brzeszce, erigere concessit.

40

Joannes Albertus DEI gratia Rex Poloniae, Supremus Dux Lituaniae, Rus-  
siae, Prussiae<sup>e</sup> Dominus, et Haeres etc.  
Significamus tenore presentium quibus  
expedit universis. Quia cum Magni-  
ficus Petrus de Curozwanski Regni  
Nostrae Thesaurarius Cracoviensis et Os-  
viatiniensis Capitaneus ad vota nostra  
Donationem perpetuam erectionis cujus-  
dam Piscine in hereditate villa Nostrae  
Brzeszce, in Terra Osviatiniensi iux-  
ta Thabernam, que nuncupata est  
thaberna Nabudach, site, per Serenissi-  
mum Parentem Nostrum felicitatis  
memorie Dominum Casimirum, Polo-  
nie Regem Generoso Petro Ozizkowski  
Castellano Vielnensi facta, pro trecentis  
florenis hungaricibus, cum ipsius  
Petri Castellani bona voluntate exemis-  
set, qui iam eidem donationi renun-  
tiando, litteras, quas a Predicto Seren-  
tissimo Parente Nostrae habuit, presen-  
tibus

Presentibus cassavit; Nos quoque ip-  
sum Petrum Thesaurarium, de præ-  
dictis trecentis hungaricis florenis  
indemnem, et securum facere volentes  
sibi, eisdem in, et super omnibus  
bonis nostris in Terra prædicta Orni-  
cimensi per eum exemptis demonstra-  
vimus, et inscripsimus, demonstra-  
musque, et inscribimus tenore præ-  
sentium mediante per ipsum Petrum  
Thesaurarium, et ipsius legitimos  
Successores, Bona prædicta cum om-  
nibus censibus, fructibus, redditibus, et  
proventibus universis, cum omnique Jure,  
et Dominio; alias iuxta continentiam  
literarum Capitalium desuper concessarum  
tenendi, habendi, uti fruendi, et quiete  
possidendi, usque ad plenariam præ-  
dictorum trecentorum Florenorum hun-  
garicalium, cum alijs summis in capita-  
libus literis contentis per Nos et nostros  
successores sibi vel successoribus suis legi-  
timis solutionem, harum quibus sigillum  
nostrum est appensum testimonio lite-  
rarum. Datum in Piotrkow die Dominico  
invocavit. Anno Dni Millesimo quadrin-  
gentesimo nonagesimo tertio Regni nostri

Polonie primo. Relatio venerabilis Gregorij  
Gregorius vice Cancellarij de Lubraney R.P. vice  
subscript. Cancellarij

Takopia wypisa z oryginalu anni-  
hilowanego pargaminowego, № 1785.  
mca Julij 26, od którego pieczęci jest  
urwana